



Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

VIme, 1480

Dominica secunda aduentus Sermo secundus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Secundo⁹

Quarta a Moyses qz ad David. Quinta a David usqz ad christum. Sexta a christo usqz ad finem mundi. Generatio ergo pertinet et generatio aduenit. ut dicitur Ecclesiastes primo. Sed hec genitio regni domini manet usqz ad fine seculi nec deficit. Et hoc promisit saluator beato Petro pastori ecclesie Luc. vice simo secundo dicens. Ego rogavi pro te Petre. ut non deficit fides tua. Secundo per generationem istam intelligi potest iudeus populus qui non deficit quodcumque ipso vidente omnia compleat.

Q. Quarto ponitur verborum christi confirmatio: Celum et terra transibunt. verba autem mea non transibunt: quasi dicat Ecce quanta est stabilitas verborum meorum. quia transiente celo quo nihil invariabilius. transiente terra qua nihil immobilius. verborum tamen meorum veritas non transibit. Quia ut dicitur Proverbiorum duodecimum. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Nota qd celum et terra transibunt non quantum ad sustentiam. sed quo ad qualitates. quia a celo auferetur claritas ista quam habet sol. et similiter a luna. et dabitur eis maiore claritas Mer etiam et aqua purgabuntur et terra in superficie erit sicut cristallus. Et hoc totum fiet propter gloriam beatorum. ut homine glorificato. cuncta etiam creatura innuet. Unde secundi Petri ultimo. Novos celos et nouam terram secundum promissa christi expectemus. Rogamus ergo tecum.

Dominica secunda aduentus prima pars Sermo secundus:

Vm audiss Johannes in vinculis opera cristi mittens duos ex discipulis suis ait illis: Tu es qui venturus es tu. Matthi undecimo caplo. De materia istius Euangeli habetur etiam Luc. secundo capitulo Cum viderimus vel audiremus aliquem eminere virtutibus. in sapientia. aut sanctitate. aut eloquencia. consueuimus de persona eius querere. ut cuius sit nominis cuius patrie. cuius originis. atqz ita singularis: quatenus certorem ipsius noticiam habeamus. Audiens igit Johannes baptista famam christi. interrogat de conditionibus ipsius per interpositos nuncios dicens. Tu es tu. Nec igit est materia pntis euangelii in qua tanguntur. Primum est Iohannis duota interrogatio singularis noticia

Sermo

veritatis. Secundū est saluatoris probata iſponsio dē potentia
deitatis. ibi respondens autem ihesu ait illis. Tertium est pre-
cursoris inclita commendatio de evidencia sanctitatis ibi. Ihesus
autem abeuntibus. Circa primum tria ponuntur. Primum est
motiuum interrogandi. Vnde dicit. Cum audisset Johannes:
referentibus discipulis scilicet in vinculis in quibus herodes illum
coniecerat propter hoc quia ipsius mestum arguebat dices No
lacet tibi habere uxorem fratris tui eo viuente/ Opera christi: que
iam diuulgabantur in tota regione illa. Et est scienduz q̄ chri
stus ante carcerationem Johannis non predicanit palaz nec eti
am multa miracula fecit. nisi de conuersione aque in vīnum Jo
hannis secundo capitulo. Johanne vero incarcero venit i ga
lileam. et cepit palam predicare et congregare discipulos atqz
operari miracula ut habeatur Math. quarto capitulo. Vnde ex
hoc eius fama tantum diffusa est ut etiam vītulatus Johānes
illam audierit. Secundo ponitur discipulorum missio. M̄itens
quia per seipsum accedere non poterat. Duos ex discipulis suis
quorum unus adreas fuit. Et attende quomodo figurabat mo
res ecclesie in missione duorum. quia christus vadens misit disci
pulos binos ante faciem suam Luc. decimo caplo. Tercio pon
tur questionis propositio: Ait illi: quos em per alios dicebat
ipse querere dicitur. Tu es qui venturus es an aliū expectam⁹
Hoc autem duobus modis potest legi. Unomodo q̄ pars isti⁹
orationis plane legatur scilicet: Tu es qui venturus es: quasi
dicat. Seo te esse eum qui venturus es. Altera vero pars inter
rogative legitur. Expectamus an aliū. vplete antichristum q̄
albus sit a te immo ex toto tibi contrarius. Aliomodo potest le
gi ut consuetum est. vt tota illa oratio sit duplex interrogatio
duisam per hanc disunctionam: an: quatenus hoc to tuz cadat
in questione Tu es qui venturus es an aliū expectam⁹ S̄i iuxta
hanc intelligentiam habet locum questio quam beatus Grego
rius in Omelia ponit. Constat enim q̄ beatus Johannes cog
nouit christum venisse. quando exultauit in utero matris ad pre
fenciam virginis. ipse etiam cum iam perfide esset etatis illum
baptizauit. testimonium diuinitatis audiuit in voce patris. vi
dit in apparitione spiritus san di. et vltius illum digito demō
stravit dicens. Ecce agnus dei Johannis primo caplo. Nō igi
tur videtur q̄ querere debuerit. Tu es qui venturus es. Sed
huic questioni manicheorum heresis taz horribiliter respōdebat
q̄ foras nec scribendum esset dicens Johannem errasse in fide

Secund^o

et ob hoc dicit eum esse damnatum. quia prius de collatus est.
q̄ discipuli quos misit ad illuz redierint. Sed quia impossibile
est illum errasse in fide qui fuit eximius propheta. et quo nul
lus inter natos mulierum surrexit maior Johāne baptista. Iōo
abhorrentes serpentine vocis hereticam prauitatem. Juxta catho
lice veritatem fidei tripliciter huic questioni possumus satisfacere
Primo enim dicit beatus Gregorius & Iheronimus q̄ non du
bitauit Johannes de christo. an ipse esset qui venerat saluare
mundum. Dic enim primo testificatus fuerat. Sed querit an cri
stus moriturus sit et ad inferna descensurus ut liberaret sanctos
patres. volet enim nunciam illum in limbo sicut nunciauerat
mundo. Contra illam solutionem arguit Johannes crisostom⁹
quia non videtur rationabile ut maximus prophetarum dubi
uerit de morte christi & de descensu ad inferna: que minores pro
phete cognoverunt. Nam ysaias dicit quinquagesimotercio ca
plo. Sicut ovis ad occisione ductus est quod pertinet ad mor
tem christi. Zacharie vero nono capitulo. dicitur. Tu autem in sanguine
testamenti tui eduxisti vincitos tuos de lacu in quo non erat
aqua. quod pertinet ad descendensm christi ad inferos. T
Sed ut sustineamus sententiam Gregorii et Iheronimi est sciē
dum. q̄ quadruplex est questio vel interrogatio scz dubitatiois
admiratiois. compassionis & dilectionis. Querimus em de eo
quod dubitamus. vt vtruz plures damnentur christiani vñ sal
uentur. Secundo querimus non dubitando sed admirando: vt
quomodo natus sit christus ex virgine. Tercio querimus com
patiendo in fortunio alicuius. vt dicendo quomodo accidit tibi
o amice & unde nam tanta tibi arisit calamitas: & similia. Quar
to querimus amando. vt subito videntes desideratum amicū ex
vehementi amore in questionem prouimpimus dicentes. nūqd
tu es dilectus meus. nuz tu ille es. qui magna in me vere ami
cicie officia exercaisti. aut similia. Cum igitur vt dicunt Grego
rius et Iheronimus Johannes interrogavit xp̄m de morte sua et
de descensu ad inferos: non est intelligendum q̄ voluerit euz in
terrogare tamq̄ dubitans. secundum quem intellectum arguit
contra eos Crisostom⁹ sed illa interrogatio fuit admirantis co
patientis et amantis. Vnde Ambrosius dicit Johannem dubi
tasse id est per modum dubitantis se habuisse. non fide sed pie
tate id est non ex defectu fidei sed ex abundancia pietatis. Ad
mirabat ei Johānes mysteriū r̄ceptiois hūam generis p̄ mortē
xpi: apatiebat inocēcie patiētē q̄ morituꝝ sciebat q̄ p̄ctm nō

Sermo

fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. afficiebatur amore. cognoscens inestimabilem dei caritatem: qua genus dilerit humum. ita ut proprio filio suo non pepererit. sed pro nobis omnibus traderet illum: vt dicitur ad Roma. 18. non igitur fuit interrogatio iohannis tanquam dubitantis. sed tamquam condolentis et vehementer amantis. Secundo ad questionem propositam respondent iohannes Crisostomus et hilarius dicentes. iohannem non sive sed discipulorum ignorantie consuluisse. Dicit enim gregorius. 12. libro moral. quod viri iusti solent etiam ea que ipsi solidi et veraciter sciunt et sciunt quod ex dubietate perferre. ut si firmozz in se sententiam transferant. iohannes ergo videns se propinquum morti. voluit ut discipuli sui relicto eo transirent ad christum a quo esset vera salus. a quo haurirent doctrinam evangelie perfectionis. et qui erat saluador generis humani qui ipsos instrueret perfectius et saluaret. cogitauit quomodo id possit efficiere. Si autem dixisset discipulis suis. eatis ad christum quia ipse est maior me. credidissent quod ipse hoc ex humilitate diceret. atque sic vehementius ei adhucisset minus quam ipso delicto seleculistissent ad christum. unde deliberauit eos ad christum mittere quod si tam interrogandi: unde videtis mirabilia Christi opera quod nullus iohannes fecerat: credent in illis et efficerentur sui discipuli. Tercio adhuc forte potest aliter dici. iohannes enim in testimonium de christo perhiberat. cuius testimonium vox patris de nube confirmauit dicens. hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui ipsum audite. Quatuum tercio huic etiam testimonium spiritus sanctus confirmauerat. descedens corporali specie sicut columba in christum Luc. 3. christus autem ipsius iohannis testimonium nondum confirmauerat. Volemus igitur iohannes qui a tota missus erat trinitate. suum ab omnibus divinis personis confirmari testimonium interrogat a christo. tu es qui venturus es an alium expectamus. scilicet. quatenus id quod iam dudum pater et spiritus sanctus confirmauerant dei etiam filius confirmando acceptaret. et sic patet responsio et cetera.

Secunda pars.

Ecundo cum dicitur. Et respondens illis. tangitur saluatoris. probata responsio de potentia deitatis. Circa quod tria ponuntur. Primum est meritorum remissio. Propter quod quidem est sciendum. Quia

Secund^o

ut dicitur Lut. secundo proposita questione christus in ipsa ho-
ra sanauit multos a languoribus suis in presencia nunciorum
Iohannis: et respodens: tunc: illis ihesus ait. ite nunciate iohanni
verba: que audistis: a opera: que vidistis: quasi dicat. Nolo
arroganter dicere me esse christum. mitis enim sum et humilis
corde. nec opus est id ipsum verbis attestari. quando ipsa doc-
te profunditas et potentia miraculorum testimonium perhibet
de me. quoniam ego sum christus dei filius. dei virtus et dei sa-
piencia. ¶ Hec enim duo sez verba et miracula christi ma-
xime probant eum esse christum. verba namque eius erant intelli-
gencie subtilissime suavitatisq; admirande. vnde illi qui misserunt
erant a principibus sacerdotum et phariseis ut caperent ihesum
in sermone: cum audissent verba eius celesti sapientia plena stu-
pendeq; dulcedinis ita ut facile audientium ammos in affectum
pii raperent amoris. reuersi sunt dicentes. Nunq; sic locutus est
homo ut hic homo loquitur tam sapienter. tam dulciter. tam pie-
tam pregnanter. et postremo taz efficaciter. ut recte regius pro-
pheta dixerit de eo. q; dulcia eloquia tua super mel ori meo. O
pera etiam eius diuinitatem probabant. vnde iohannis tertio.
Nicodemus dicebat christo: Scimus quia a deo venisti magister
nemo enim potest hoc signa facere que tu facis. misserunt deo curi
eo. cum eo non solum per gratiam ut cum ceteris sanctis viris.
sed cum eo in unitate persone. hoc autem verum esse facile depre-
hendes. si eius opera pia meditatione per cuncta aueris per ordi-
nem universa. ¶ Secundo ponitur ipsa operum christi
descriptio. et tanguntur sex per que probatur euz esse christum
Primo namq; tangitur ceterorum illuminatio: oeci vident: Sic ei
de christo predixerat ysaias quadragesimo secundo. dedi te i lucem
gentium: ut aperias oculos ceterorum. ipse enim christus est diuina
claritas et candor lucis eterne de quo canit sancta mater ec-
clesia. splendor paternae glorie de luce lucem proferens lux lucis
et sons luminis it. vnde illuminare potest sedentes in tenebris &
in umbra mortis. Secundum opus est claudorum ambulatio:
claudi ambulant. sic et de christo ysaias dicit trigesimo quinto.
tunc saliet sicut ceruus claudus. ipse est ei diuina vtrusq; reditu-
do: vnde dirigere potest pedes nostros in viam pacis. Tercium
opus est leprosorum mundatio: leprosi mundantur: sic enim de
christo predictum est quarti Regum quinto. deus ne ego sum.
vt possim occidere et vivificare: quia iste misit ad me vt curem
houinem a lepra sua: caro namque christi ihesu mundissima ex
virgine maria concepta: lepre poterat ipsam immundiciam

Sermo

tollere Quartum opus est surdorum sanatio: surdi audiunt
yslaie tricesimoquinto de christo dictum est. tunc aures surdorum
patebunt. ipse enim est diuine vocis verbum potentissimum. qđ
erat in principio apud patrem per quem cum quo et in quo sin-
gula produxit in esse. de quo dicit psal. verbo domini celi firma-
ti sunt. vnde cum sit patri coequalis in potentia potest nostram
surditatem frangere et ineffabiliter nostrum reparare auditum.
Quintum opus est mortuorū vivificatio: mortui resurgent: di-
cit enim in deutonomio trigesimo secundo. ego occidam et ego
vivere faciam percutiam et ego sanabo et non est qui de manu
mea possit eruere. ipse ei est fons essentialis vite dices de seipso in
euangelio iohannis. ego sum resurrectio et vita. qui credit in
me etiam si mortuus fuerit vivet ac. & ideo tunda potest mortu-
a vivificare. ¶ Sextum opus est pauperuz instruacio: pa-
uperes euangelizantur: sic enim de christo predictum erat ysa.
sexagesimo primo. spiritus domini super me euangelizare pau-
peribus misit me. Discipuli enim sui quibus maxime secreta su-
perne infudit discipline. non reges. non principes. non diuites
seculi. sed pauperculi fuere pescatores. Nota qđ tres sunt cause
quare christus pauperibus euangelizauit. prima quatenus no-
stre fidei principium non esset in potentia a magnificencia seculi
sed in virtute dei. ac p hoc n̄ esset suspic̄ ut alijs cogitaret qđ
in potentia seculi subiugauit sibi manduz. Iacobi secundo. nōne
deus elegit pauperes in mundo hoc. diuites in fide et heredes re-
gni quod promisit deus diligentibus se. Secunda causa est vt
ostendat nullam debere fieri personarum acceptationem in an-
nuntiacione verbi dei. vnde Iheronim⁹ nulla inquit inter nobiles
et ignobiles. inter diuites et egenos in predicatione distantia
fit. magistri ergo & preceptoris nostri hoc comprobant veritatem
quoniam omnis apud deuz qui saluari potest equalis est. vnde
ait Petrus in adabus apostolorum in veritate cognoui quoniam
non est personarum acceptio apud deuz. sed in omni gente qui
fecit voluntatem eius acceptus est illi. Tertia causa quare pau-
peribus euangelizauit fuit ad confusione scribarum et phar-
iseorū qđ dām n̄ nolabant nunciare pauperib⁹. vñ adhuc hodie
r̄p̄hesibles s̄ p̄dicatores s̄ libentia dei verba annunciat diuitib⁹
qđ pauperibus suspecti enim sunt qđ non tam dei honorem qđ lu-
cri ducantur cupidine. Nota qđ ita cepit dominus euangelizare
pauperibus qđ usqđ hodie qui magis predicationes frequentat
pauperes sunt. immo quidam diuites erubescunt inueniri ad p̄
dicōnez vel in eccllesia: de. quibus profert saluator sententiam



Primus

Luce nono dicens. Qui me erubuerit et sermones meos: hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua: et patria et sanctorum angelorum. et alibi dicit phariseis. qui ex deo est verba dei audit. propterea vos ex deo non estis quia verba mea non auditis esse. Tercio ponitur necessaria admonitio: et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me: scandalum dicitur a scandalon grece quod est offendiculum vel offensio vel ruina. et tunc aliquis scandalizari dicitur. quando verbo vel facto alterius sumit occasionem peccandi. Nota igitur quod beatus est qui non scandalizatur in christo nec ex his que fecit sumit occasionem erroris ut hereticus vel paganus. hoc autem verbum, scilicet Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Et dicit christus propter duo. primum ut dicunt Iheronimus et Crisostomus ad correctionem nutitorum qui aliqualiter inuidabant christo mirabilia operanti: quod Johannes baptista nunc ficerat. Secundo ut ait gregorius habens dixit ad monitionem indeorum quia videntes eum in cruce scandalizati sunt dicentes alios saluos fecit seipsum non potest salvum facere. Vnde dicit apostolus. predicare christum crucifixum in deo scandalum est. Dicit igitur christus. ita operor mirabilia ut deus quod tamen ut homo crucifigendus sum et beatus qui non fuerit scandalizatus in crucis ignominia. R. Moraliter promis sa exponendo. eti sunt quorum oculos malitia exceperit. ut dicitur Sapientia 3. Qui presentem vitam diligunt non considerantes ei beatitudinem mundum diligunt et principaliter habent terram desiderabilem aduententes mundi vanitatem. diuicias congregant et nesciunt quis eas sit possessurus. omnes tales dicere possunt illud psalmus. Lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. et ideo clamant ad dominum dicentes. Illumina oculos meos ne vincas obdormiam in morte: ne quando dicat inimihi cus meus per ualui aduersus eum. sedo aliqui claudi sunt affectu voluntatis qui bene sciunt quid agendum sit. quoniam derelicto mundo sequendus sit christus sed tamen proximam voluntate mundum. proximam vero christum claudicantes a semitis suis. contra quos loquitur Heli as. 3. Regulus. 18. Usquequo claudicatis in duas partes. quod versus deum et mundum. et additum dominus est sequimini eum. tales clamant ad dominum dicentes. Gressus meos dirige habem eloquium tuum. Tercio aliqui sunt leprosi. qui maculant corpus et animam fecerunt luxurie. nam ut dicit apostolus. Cor. 2. 6. Qui formicatur in corpore suum peccat. tales castitatis virtutem petant a domino. Vnde sapientie octauo. Sciri quoniam aliter non possum esse contineens: nisi deo det. Quarto aliqui surdi sunt ad clamorem pauperum

Sermon

ad vocem predicatorum. qui se habent ad votum predicatoris sic aspis surda ad vocem incantantis. de salute istorum valde timendus est contra quos dicit ysa. 41. surdi audite et regni intuemini. Qui tamen aliqui mortui sunt propter peccatum mortale. quos christus vivificat efficacia sui sanguinis. sicut pellicanus suscitat proprios pullos a morte effundens super eos sanguinem. sicut enim sanguis est formatura vite corporalis: ita sanguis Christi est fons vite spiritualis. Hebreo. 9. capitulo. sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. Sexto aliqui pauperes sunt celestibus bonis: illis datur consilium euangelicum ut efficiantur negotiatorum. dent temporalia bona ut mercentur eterna. sicut homo qui iuuenit thesaurum in agro et per gaudio illius vadit et vendit universa que habuit: et emit agrum illum. Matth. 13. ac.

Terza pars

Eratio cuius dicitur Illis autem abeuntibus: tangitur precursoris inclita commendatio de evidencia sanctitatis. et primo commendatur de mentis firmitate: unde dicit: Illis aucti abeuntibus Noluit autam Christus commendare Iohannem in presencia nunciorum. ne videretur hoc adulatrie facere et etiam ne extollerentur in corde suo de gloria magistri: cepit Ihesus dicere ad turbas de Iohanne: ad commendationem eius. Considera quantum meriti sit iste gloriosus precursor domini. qui ipso veritatis ore laudatur. Nota quod si queratur causa quare voluit dominus commendare Iohannem huc est ut dicit Cris. quia sciebat turba solus primo anno incarnationis perhibuisse testimonium de Christo. nunc vero interrogabat an ipse esset. et ideo credebatur turba eum recessisse a proprio proposito. ne igitur talis suspicio in corde eorum maneret. voluit ipsum commendare. Et quadupliciter ipsum commendat. primo de mentis firmitate dicens. quod existit in desertum videre: existentem in deserto Iohannes tota illa regio exhibebat videre. unde Chrysostomus exhibebat ad eum omnis Iherosolima et omnis iudea et omnis regio circa iordanen. nec mirum quia homo nouus mundo apparuerat. habitacionis solitarie. ad mirabilis habitus. innocentis vite. singularis officiis. et propheticis excellentiis: arundine vento agitatam: id est existit ne in deserto ubi videretis hominem. qui velut arundo omni vento agitetur. Certe non. Non tamen quod arundo ponit radicem in luto. sed Iohannes erat fundatus supra firmam petram. Secundo arundo inter vacua est. sed Iohannes spiritu sancto repletus est adhuc ex utero matris sue. Tertio arundo omni vento agitatur. sed Iohannem nulla potuit secularis aura flectere. nec reverentia pha-

Quartus

risorum quin eos reprehenderet. nec timor militum quin eos a malis restringeret. nec potentia regum quin adulterium corriperet. Secundo commendatur Johannes a vite sanctitate Sz quid ex his videre arundinem vento agitata. hominem mollibus vestitus. Certe non. quia cum ipse esset penitentie predictor: austritatem vite etiam habitu ostendebat Vnde Mathei tercio capitulo dicitur Ipse Johannes habebat vestimentum de pilis camelorum. erzonam pellitem circa lumbos suos Et statim probat saluator non fuisse Johannem usum mollibus vestitis dicens. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum: Non fuit Johannes in domibus regum sed in speluncis heremi. non in domibus regum sed in carcere regum. Ex quo apparet ut dicit Jeronimus rigidam vitam qualis est religiosorum et austera predicationem. vitare debere aulas regum. et mollium hominem pallaciu declinare Sed tu hodie posses dicere dolendum est. ita quidam religiosorum mollibus vestiuntur. ut non heremi: sed domus regie videantur habitatores Et nota ut dicit Gregorius. qd saluator non laudasset Johannem de asperitate vestium si in fluxu preciosarum vestium desset potestas. In vestimentis autem quinque sunt reprehensibilia. Primum est superfluitas. sicut mulieres que trahunt magnam partem vestimentorum per terram. Secundum est pretiositas. ornant se enim purpura ex bisso ac si essent statue gentilium vel ministri altaris. Tercium est curiositas. adiuuent diuersas massuras et de sartibus lanarios ferunt. Quartus est mollicies secundi Regum primo capitulo Vnde stiebat nos cocino in delicis. Quintus est nimia speciositas exemplum de diuine epulo Luc. decimo sexto. Sed tamen ut dicit Augustinus quarto de doctrina christiana. Non usus rerum sed libido vicitis in culpa est. Tercio commendatur beatus Johannes ab excellencia prophete Sed quid existis videre: si nec homo nec illum: prophetaz: dignus quidem erat egredi ad vindendum prophetam. si iste plus est. vnde addit. Etiam dico vobis et plusquam prophetam. Et nota qd iohannes dicitur plusquam propheta propter tria. Primo quidem. quia nonduz natus prophetauit. Secundo ut dicit Gregorius. quia cum prophete officium sit futura predicere: iste plus fecit. quia quem predixerat dixito demonstravit. Tercio ut dicit Hieronimus quia prophete priuilegio accessit premium quia suum dominum baptizauit. Quarto commendatur ab offici dignitate: quia precursor. Unde dicit. hic est enim de quo scilicet scriptum est Malachij tercio capitulo. In quo habetur etiam quare plusquam propheta est:

Sermo

quia ab prophete de ipso predixerunt: Ecce ego mitto: loqui-
tur deus pater ad filium locutione non temporali sed eternali:
eadem locutione qua dixit. Filius meus es tu. et alibi. sede a
dextris meis. P Angelū meū: i. Johannem baptistāz qui
non fuit angelus nam ut dicit hereticus quia Johannis primo
dicitur. fuit homo missus a deo cui nomen erat Johannes Sz
nota q̄ dictur angelus propter duo scilicet ratione vite ange-
lice. quia sicut angelus vixit in solitudine. in contemplatione:
in virginitate. Secundo angelus ratione officii. angelus enim
est nomen officii id est nuncius. Et sicut angelus Gabriel saluato-
ris nativitatem paucis annūcianūt personis scilicet virginī Jo-
seph. pastoribus et magis Ita Johannes palam illam totū mū-
do nūcianūt. Deinde tangit ordinem. Ante faciem tuam id est
secundum Crisostomum prope te. Quia inter christum et Johan-
nem baptistam nullus prophetā fuit mediūs. Deinde tangit offi-
cium. Qui preparabit viā tuā aī te. Q Via christi fuit predi-
catio diuinitatis. hanc viam Johannes ante christum prepara-
uit disponendo corda hominū per baptis̄mum penitentie. Se-
cunda via christi fuit cum moriens ad inferna descendit. hanc
viam preparauit Johannes ante christūz. quia prius mortuus
est. et annūcianūt sanctis patribus qui erant in limbo saluato-
ris aduentum. Alia via christi fuit cum venit in hunc mundum
per carnis assumptionem ex virgine. hanc viam conceptio Jo-
hānis aliquāt̄ p̄parauit. q̄r ut v̄go crederet nihil esse deo impos-
sibile conceptus Elizabet̄ in exemplū fuit adductus. & facta
fuit incarnationi christi via cōsentiente virgine. Tripliciter igit
tur via christi est scilicet in mundum. in mundo. et ex mundo in
mundum per incarnationem. in mundo per predicationem. ex
mundo per passionem. Preiuit autem Johannes ante faciem do-
mini parare istas tres vias eius. Rogamus ergo ac.

Dominica tercia aduentus. Prima pars.

Sermo tercius.

Iserunt īdei ab iherosolimis sacerdotes: et
leuitas ad Johannem ut interrogarent eū
et cetera Johannis primo. In precedētis do-
minicis Euangelio Johannes baptista misit
ad christum. nunc vero dicitur ut īdei mit-
tunt ad Johannem ut dicat eis quid senti-
ac de christo. qui iam de illo instrūctus est Rursum in precedē-
ti dominica christus perhibuit testimoniū de Johanne ut illis